DEBACQ LIBRARY

A.X.01
28862/A/1

Ἱπποκρατους

Ἀφορισμοι.

Hippocratis

Aphorismi.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

HIPPOCRATIS

APHORISMI.

42204 B

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

Α' ΦΟΡΙΣΜΟΙ'.

HIPPOCRATIS

APHORISMI,

Hippocratis & Celsi locis parallelis illustrati, studio & curâ JANSSONII ab ALMELOVEEN M. D.

Quibus accessit LUD. VERHOOFD *Index locupletissimus.*

Loca parallela ex BOERHAAVII Commentariis, notulas addidit, Editionem curavit

ANNA CAR. LORRY, M. D.

PARISIIS,
Apud P. G. CAVELIER, viâ Sancti Jacobæâ, sub signo Lilii aurei.

M. DCC. LIX.
Cum Approbatione & Privilegio Regis.

PRÆFATIO.

VANAM fortè videbimur operam impendiſſe, quì Hippocratis Coi Aphoriſmos, recuſos toties, memoriâ & mentibus Medicorum hærentes, novo labore in publicum prodire voluerimus. Verùm utilitati publicæ, non autem privatæ gloriæ, conſultum eſt. Cùm enim deeſſet ex Pariſienſi typographiâ libellus utilis, indignum judicabamus ab Exteris mutuari, ex Hippocraticis operibus unum quodvis; cùm ea dudum ſibi propria fecerit, in exponendo &

evolvendo Medicinæ Principe, Medicorum Parisiensium indefessa sedulitas. Paratos prætereà ad Philiatrorum vota, & parvo comprehensos volumine, exoptabat habere Aphorismos, ut omnis generis Literaturæ, sic & Medicinæ promovendæ cupidissimus Bibliopola. Hinc cùm me circa institutum consuleret, velletque nitidissimæ editioni pretium conciliare; nulla mihi alia visa est, aut ad libelli formam præstantior, aut ad Auctoris sensum accuratior, quàm quæ, tradente Theodoro Jansonio ab Almeloveen, olim prodiit Editio. Plurima fuêre, quæ rem persuaderent. Versio accurata, loci ex Hippocratis

libris conformes, ſuo quìque loco redditi, unde eluceſcat quantùm ſibi ipſi conſtiterit Hippocrates; Index denique locupletiſſimus, & qui ad breves conciſaſque ſententias reperiundas aptiſſimus eſt. Hinc illam aliis anteponere, vixque mutatam typis noſtris credere decretum eſt.

Primus igitur noſter labor in id incubuit, ut loca à Janſſonio citata exactè ad Hippocratis & Celſi qui ſæpiùs Hippocratem latinè exſcripſit, opera conferrentur, emendarentur plura, ut illâ ſaltem diligentiâ, antecedentes editiones, hæc noſtra poſſet ſuperare.

Vincenda fuêre longa hæc

faſtidia; verùm ulterius progreſſi, operæ pretium facturos credidimus, ſi loca ex Boerhaavio conſona non tæderet excitare. Scilicet Vir eximius dum obſervationi theoriam jungere ſtudet, novum Hippocratis operibus ſplendorem afflavit. Inde factum eſt ut tum in ejus operibus, tum in luculentis æqualis dicam an diſcipuli ejus Cl. Van-Swieten Commentariis, omnes fere obſcuriores Aphoriſmi reperiantur illuſtrati. Hos indicare & ad editionem Pariſienſem referre æquum erat.

Obſcuriora pauca ſupererant, quæ quoniam Novitiorum animum tardare potuiſſent, detraxiſſent forſan Me-

dicinæ Hippocraticæ fiduciam, & discendi aviditatem operoso studii fastidio vicissent. Hæc brevibus notis ad Recentiorum sensum explananda existimavi; alia verò attingere nefas putaverim, quòd illa cum veritate & experientia consonare, hæc verò utrique repugnare facilè videantur, vel illis qui Medicinam primis labris degustaverint. Præterea temerarium mihi fuisset, commentaria affectare, jam toties in hunc libellum edita, cùm à renovatæ Theoriæ Medicæ temporibus, plures & ætate & doctrinâ insignes, Aphorismos Hippocratis commentariis fuerint prosecuti, quorum capiti multâ cum laude hærentem co-

ronam detrahere inſtitutum non erat; imò contra quibus juſtam rependere laudem ut jucundum ſic promptum eſſe debet, inter quos excellunt Philippus Hecquet ex Lyceo noſtro, apud Batavos Gorterus, nuperrimeque breviùs, ſed ornatè, diſtinctè, compoſitè, ex Academiâ Patavinâ Andreas Paſta.

Dum verò novam Aphoriſmorum Hippocratis editionem molimur, non illud nobis conſilium eſt Philiatris illos, quaſi extractam ex univerſo Hippocrate medullam, aut quaſi erutos ex contracto Auctore theſauros exhibere, quibus accuratè perpenſis, cætera vileſ-

cant. Auſus eſt ſæculo proximè exacto Hippocratem ſic contrahere Burnetus ; imo , & idem , quanquam modeſtè magis , Sponius Lugdunenſis tentavit ; ſed macilentum , exſuccum, jam omni exutum Philoſophiâ quæ fecerat ἰσόθεον , uterque reddidit. Merentur quæ diurnâ æque ac nocturnâ Medicorum manu verſentur, pleraque eorum operum quæ Hippocratis nomine circumferuntur , quanquam ſæpe alienĩ veſtigia laboris , adulteræque manûs miſcelam , ſagacioribus odorari, facile fuerit. Quo quidem piaculo non immunes ſunt Aphoriſmi , auctoribus Galeno & Mercuriali , quanquam

eos esse veram Magni Hippocratis,& genuinam sobolem ab omnibus concedatur.

Utinam verò ex illâ quæ summi Viri operibus propria est, simplicitate, ad calcandum iter ab illo tritum accendantur animi; constetque tandem quænam sit Philosophia Medica quæ ab evidentibus inchoata principiis, rudis primùm apparet, & titubans, mox ad immensos progreditur fructus, sine ullo hypothesêon fuco, sine ullo verborum fastu, qualis inter manus Coæ Scholæ atque Hippocratis efflоruit, cùm nondum intumuerant superbiâ scholæ, & docendi libido, discendi aviditatem non extinxerat.

Errores certe ſuos paſſus eſt Hippocrates, nec ii ſumus, qui cum Suidâ arbitremur ipſum nunquam falli potuiſſe. Plurimos Recentiorum ſagax ſedulitas recluſit naturæ fontes, Auctori noſtro incognitos, unde ingentia in Medicinam fluxêre commoda. Dies diem docet. Sed ea quæ, velut opinionum commenta, temporum ſpatio non contabuêre, pro naturæ judiciis accipienda ſunt. Quanquam verò aliqua ex veteri Medicinâ recentibus inventis, aliqua experientiæ minus forſan reſponſare fateamur, non minus tamen aut injuſta aut temeraria videatur Aloyſii Sinapii olim Medici Poloni in Hippocratis Aphoriſmos

cenſura. Hic dum nodum in ſcirpo quærit cavillator peſſimus, ſingulos carpit, in id unum intentus ut antidota verboſis ornata ſtrophis, Medendi Methodo, ſine quâ Medicina rationalis nulla eſt, ſubſtituat: demens, qui dum ſalutiferæ Artis præcepta convellere audet, fidem ſibi derogat, quaſi poſtremi tantummodo ævi Scriptoribus Medicinam natura reſervaverit, quam contrà ex ipsâ humanitatis infirmitate ſoboleſcentem, grandævi Medicinæ Patres adaugendam, perficiendam, ſed nullatenus inveniendam Nepotibus tranſmiſêre. Quicumque enim ſolo veritatis amore ducti, huic ſcientiæ animum applicuêre

mirum eſt quantum inter ſe conſentiant, quantâ concordiâ Auctori noſtro debitas rependerint laudes. Quo quidem rerum aſpectu, novum decus illuceſcit Hippocrati, Arti verò noſtræ firmitas atque robur conciliatur, contra procacium jocos & inſultantium jurgia. Quæcumque enim ſera detexit Recentiorum theoria apprime conſonare viſa ſunt Vetuſtiorum Auctorum Obſervationibus; ut forſitan in nullâ aliâ Arte concordia major, uniformitas æqualior, reperiatur. Sic quæ de aere, locis, & aquis, deprehenſa obſervanti Hippocrati fuerant, à Toricellii inventis demonſtrantur. Sic quæ à circulo ſanguinis in-

vento, de nutritione corporis comperta ſunt, optime cum Theoriâ ejus de victu in acutis, quadrant. Sic multa e Præſagiis ejus, recentioris theoriæ jubare afflata, ſplendidius enituêre: unde conſtet quantum in illuſtranda, & amplificanda Medicina, Vir ſummus contulerit. Nec vereor, ne me malefidus livor ejus amore inſanientem calumnietur ſi ipſi hos Lucretianos verſus appoſuerim:

Tu pater, es rerum inventor, tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuiſque ex inclyte chartis,
Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta;
Aurea, perpetuâ ſemper digniſſima vitâ.

Ne tamen leviori fulta auctoritate, noſtra hæc dona con-

tempta relinquantur, præmoneatur Lector, Viros celeberrimos opem implorantibus nobis non defuisse. Quis enim aliquod nostræ editioni pretium non rependat, cùm noverit, huic perficiendæ benevolas impendisse curas illustrissimum Dominum CAPPERONNIER, qui Literarum Græcarum Cultor & Professor quo non alter insignior, dum in proprio quasi fundo laborat, nostrum Hippocratem suis elucubrationibus non indignum putavit. Tum verò accepti beneficii immemor forem, si non hîc recordarer, horarum quas emendando, perficiendo, nostro labori impendit conjunctissimus collega D. DORIGNY

qui ſæpe vigiliis ſuis adjuvit titubantem, hæſitantem & labantem, conſiliis firmavit; illuſtria certe pignora, quibus libellus noſter ita glorietur, ut ſi quid inſit boni, illis; ſi quid mediocris, mihi ſoli arbitrer imputandum.

Deſunt tamen huic noſtræ Editioni, quæ ſimul venales proſtabant, ſelectæ e Celſo Sententiæ, quia ſcilicet indignum credidi elegantiſſimum Auctorem ſic contractum exhibere, favereque illorum deſidiæ qui plus verbis ſe quàm rebus delectant. Nôrunt herclè Rerum Medicarum gnari, quanti ſit pretii Celſus, quantùm mereatur, qui non ſemel, ſed bis & ter legatur integer.

Hunc adeant tirones, hunc commendent professores.

Nec jucundum minùs existimavi concordia Hippocratis loca ab Almeloveen citata ad cujusque Sectionis calcem, priùs expensa imò & aucta ablegare, quod ut Typographiæ facilius, sic etiam legentibus minùs moræ injicit. Aliàs alii meliùs. Nobis satis sit publicæ utilitati consuluisse, fastidiosis & operosis laboribus, qui tamen si arriserint, animus addetur Typographo ad publici juris facienda opera Hippocratis ad prognosim spectantia, uno & exiguo pariter volumine comprehensa.

FINIS.

APPROBATION.

J'Ai lû par ordre de Monſeigneur le Chancelier un Manuſcrit intitulé : *Hippocratis Opera*, *Græcè & Latinè*, *ex recenſione Annæ Caroli Lorry*, où je n'ai rien trouvé qui puiſſe en empêcher l'impreſſion. A Paris, le 26. Novembre 1757.

ASTRUC.

PRIVILÉGE DU ROI.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre. A nos amés & féaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, grand Conſeil, Prévôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans civils & autres, nos Juſticiers qu'il appartiendra, SALUT. Notre amé GUILLAUME CAVELIER, Libraire à Paris, Nous a fait expoſer qu'il déſireroit faire imprimer & donner au public des ouvrages, qui ont pour titre : *Hippocratis Opera, Græcè & Latinè, ex recenſione D. Lorry. Formules de Médicamens, par M. Baron.* S'il nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de permiſſion pour ce néceſſaires. A ces cauſes, voulant favorablement traiter l'Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces préſentes, de faire imprimer leſdits ouvrages autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre, & débiter par tout notre Royaume, pendant le tems de trois années conſécutives, à compter du jour de la date des préſentes ; Faiſons défenſes à tous Imprimeurs, Libraires, & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en

introduire d'impreſſion étrangere dans aucun lieu de notre obéiſſance ; à la charge que ces préſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Regiſtre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles, que l'impreſſion deſdits ouvrages ſera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & beaux caracteres, conformément à la feuille imprimée, attachée pour modele ſous le contre-ſcel des préſentes, que l'impétrant ſe conformera en tout aux réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. qu'avant de les expoſer en vente les Manuſcrits ou Imprimés qui auront ſervi de copie à l'impreſſion deſdits ouvrages, ſeront remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée ès mains de notre très-cher & féal Chevalier, Chancelier de France, le ſieur Delamoignon, & qu'il en ſera enſuite remis deux Exemplaires de chacun dans notre Bibliothéque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notredit très-cher & féal Chevalier, Chancelier de France, le ſieur Delamoignon. Le tout à peine de nullité des préſentes ; du contenu deſquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Expoſant & ſes ayans cauſes pleinement & paiſiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement, vou-

lons qu'à la copie des préſentes qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin deſdits ouvrages, foi ſoit ajoutée comme à l'original. Commandons au premier notre Huiſſier & Sergent, ſur ce requis de faire pour l'exécution d'icelles tous actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clameur de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires. Car tel eſt notre plaiſir. Donné à Verſailles, le vingt-huitieme jour du mois de Décembre, l'an de grace 1757, & de notre regne, le quarante-troiſieme. Par le Roi en ſon Conſeil.

LEBEGUE.

Regiſtré ſur le Regiſtre 14e. *de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris*, n°. 281. *fol.* 257. *conformément aux anciens Réglemens, confirmés par celui du* 28. *Février* 1723. *A Paris, ce deuxieme Janvier* 1758.

P. G. LE MERCIER Syndic.

Typis H. L. GUERIN & L. F. DELATOUR.

Ἱ ΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

Α΄ ΦΟΡΙΣΜΟΙ Ι΄.

HIPPOCRATIS

APHORISMI.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΑΦΟΡΙΣΜΩΝ

Τμῆμα πρῶτον.

Α'.

Ὁ βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρή, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερή, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

β'. Ἐν τρισὶ παραχρῆσι ἡ κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως κινομένοισιν, ἢν μὲν, οἷα δεῖ κα-

HIPPOCRATIS

APHORISMORUM

SECTIO PRIMA.

I.

VITA brevis, [1] ars longa, [2] occasio celeris, experimentum periculosum [3], judicium difficile. [4] Oportet autem non modò seipsum exhibere quæ oportet facientem, sed etiam ægrum, [a] & præsentes, & externa.

2. [1] In perturbationibus alvi, & vomitibus [2] sponte evenientibus, [3] siquidem, qualia oportet purgari, purgentur, confert, &

θαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. 4 οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵην δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. 5 ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην [a] καὶ νούσους, ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

γ'. Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι, [1] σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἰσχάτῳ ἔωσιν. [2] οὐ γὰρ δύναν τὸ μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν· ἐπεὶ τὸ οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐδέ τι δύναν τὸ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπε τὸ οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. Τουτέων οὖν εἵνεκα τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀνακθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα· μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. [3] σφαλερὸν γάρ· ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως τὸ καὶ αἱ κενώσιες αἱ ἐς τὸ

facilè ferunt: sin minus, contrà. [4] Sic & vasorum evacuatio, siquidem, qualem fieri decet, fiat, confert, & facilè ferunt: sin minus, contrà. [5] Respicere igitur oportet & regionem, & tempestatem, & ætatem, & morbos, [a] in quibus convenit, aut non.

3. In exercitantibus [1] [a] boni habitus ad summum progressi, periculosi, si in extremo fuerint: [2] non enim possunt in eodem manere, neque quiescere. Cùm verò non quiescant, neque ultra possint in melius proficere, reliquum est igitur ut in deterius ruant. Horum igitur causa, bonum habitum solvere confert haud cunctanter, quò rursus renutritionis principium sumat corpus. Neque confidentiæ ad extremum ducendæ: [3] periculosum enim: sed qualis natura fuerit ejus qui perferet, eò usque ducendæ. [4] Sic

ἔχαθεν ἄγεσθαι, σφαλερόν. καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλερόν.

δ'. [1] Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι, [2] καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν, ἢν μὴ ἐπιδέχηται, σφαλερόν. [3] καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί. [4] καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

ε'. [1] Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες· [2] διὸ μᾶλλον βλάπτουσι. πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον (ἐν τῇσι λεπτῇσι) ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἀδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. διὰ τοῦτο ἦν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλείω τῶν μικρὸν ἀδροτέρων.

& evacuationes ad extremum ducentes, periculosæ. Et rursus refectiones, cùm extremæ fuerint, periculosæ.

4. [1] Tenuis & exquisitus victus, & in longis morbis semper, [a 2] & in acutis, ubi non convenit, periculosus. [3] Et rursus ad extremum tenuitatis progressus victus, difficilis. [4] Nam & repletiones ad extremum progressæ, difficiles sunt.

5. [1] In tenui victu delinquunt ægri: [2] ob id magis læduntur. Omne enim delictum, quod committitur, multò majus fit (in tenui) quàm in paulò pleniore victu. Propterea etiam sanis periculosus est valde tenuis & constitutus & exquisitus victus; quia delicta graviùs ferunt. Ob hoc igitur tenuis & exquisitus victus periculosus magis quàm paulò plenior.

ϛ'. [a] Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νουσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται.

ζ'. [1] Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νούσημα, [2] αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ [a] διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι· ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

η'. [1] Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

θ'. Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ [a] καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τοῦ νούσου, [1 b] καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

ι'. [a 1] Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾶν· ὁκόσοισι δὲ

6. [a] Ad extremos morbos, extrema remedia exquisitè optima.

7. [1] Ubi igitur peracutus est morbus, [2] statim extremos habet labores, & extremè tenuissimo victu uti necesse est. [a] Ubi verò non, sed plenius cibare licet, tantùm *à tenui* recedendum quantùm morbus remissior extremis fuerit.

8. [1] Cùm morbus in vigore fuerit, tunc vel tenuissimo victu uti necesse est.

9. Considerare oportet etiam ægrotantem, [a] num ad morbi vigorem victu sufficiet, [1 b] & an prius ille deficiet, & victu non sufficiet, an morbus priùs deficiet, & obtundetur.

10. [a 1] Quibus igitur statim vigor adest, statim tenuiter alendi.

ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, [2] ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πιωτέρως διαιτᾶν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

ιά. [1] Ἐν δὲ τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

ιβ'. [a] [1] Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, [2] οἷον ἐν πλευριτικοῖσι, πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει· ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. [3] καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, [4] καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ

Quibus verò in posterum vigor, [2] his ad illud & paulò ante illud *tempus* subtrahendum. Antea verò uberius alendum, ut sufficiat æger.

11. [1] In exacerbationibus *cibum* [a] subtrahere oportet. Exhibere enim noxium est. Et quæcunque per circuitus exacerbantur, in exacerbationibus subtrahere oportet.

12. [a] [1] Exacerbationes autem & constitutiones indicabunt morbi, & anni tempora, & periodorum ad invicem *collata* incrementa, sive quotidie, sive alternis diebus, sive longiore fiant tempore. Sed etiam iis quæ *mox* apparent *eadem indicantur*, [2] velut in pleuriticis sputum, si statim appareat veniente *morbo*, abbreviat: si verò postea appareat, producit. [3] Et urinæ, & alvi excrementa, & sudores, cùm apparent, vel judicatu faciles, vel difficiles, [4] vel breves, vel longos

τὰ νουσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

ιγ'. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι· δεύτερον, [a] οἱ καθεστηκότες· ἥκιστα, [b] μειράκια· πάντων δὲ μάλιστα, παιδία· τουτέων δὲ αὐτέων, ἅπερ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

ιδ'. [1] Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν· πλείστης οὖν δεῖται [a] τροφῆς. εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. [b] γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν· διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται· [2] διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν, οὐχ ὁμοίως ὀξέες· [3] ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

ιε'. [1] [a] Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. [2] ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι. τροφῆς οὖν πλείονος δέονται, σημεῖον,

morbos *fore* indicant.

13. Senes facillimè jejunium ferunt, ſecundò ætate conſiſtentes, minimè [a] adoleſcentes, [b] omnium minimè pueri: ex his autem, qui inter ipſos ſunt alacriores.

14. [1] Quæ creſcunt, plurimùm habent calidi [a] innati: plurimo igitur egent alimento: ſin minus, corpus conſumitur. [b] Senibus autem paucus calor: propterea paucis fomitibus indigent, [a] multis enim extinguitur. [2] Idcirco etiam febres ſenibus non ſimiliter acutæ. [3] Frigidum enim eſt corpus.

15. [1 a] Ventres hyeme & vere naturâ ſunt calidiſſimi, & ſomni longiſſimi. [2] In his igitur temporibus etiam alimenta plura exhibenda. Innatum enim calorem majorem habent. Nutrimento igitur copioſiore indigent. Indi-

[b] αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ [c] ἀθληταί.

ιϛ'. [a] [1] Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι· [2] μάλιστα δὲ παιδίοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

ιζ'. [1] Καὶ οἷσιν ἅπαξ, ἢ δὶς, καὶ πλείω, ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος. [2 a] δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.

ιη'. Θέρεος, [a] καὶ φθινοπώρου, σιτία δυσφορώτατα φέρουσι· [1] χειμῶνος, ῥήιστα· ἦρος, δεύτερον.

ιθ'. Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι, [a] μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων, πρὸ τῶν κρισίων.

κ'. Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, [1] μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, [2] ἀλλ' ἐᾷν.

cium ſunt, [b] ætates & [c] athletæ.

16. [a 1] Victus humidus febricitantibus omnibus confert, [2] maximè verò pueris, & aliis tali victu uti conſuetis.

17. [1] Et quibus ſemel aut bis, & plura vel pauciora, & per partes *offerri conducat, videndum.* [1 a] Concedendum autem aliquid & conſuetudini, & tempeſtati, & regioni, & ætati.

18. Æſtate [a] & autumno cibos difficillimè ferunt: [1] hyeme facillimè, deinde vere.

19. His qui per circuitus exacerbantur, [a] nihil dare *oportet*, neque cogere, ſed auferre de appoſitionibus ante judicationes.

20. Quæ judicantur & judicata ſunt perfectè, neque movere *oportet*, [1] neque innovare, ſive purgantibus, ſive aliis irritamentis, [2] ſed ſinere.

κά. Ἃ δεῖ ἄγειν, [1] ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν, [2] διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

κβ'. [1] Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, [2] μὴ ὠμὰ, [3] μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, [4] ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

κγ'. [1] Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ, οἷα δεῖ καὶ φέρει εὐφόρως. [2] [a] καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, [3] καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

κδ'. [1] Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, [2] καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, [3] καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας, ποιέειν.

κέ. Ἢν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι. τὰ δ' ἐναντία, δυσχερῶς.

21. Quæ ducere oportet, [1] quò maximè vergant, eò ducenda, [2] per loca convenientia.

22. [1] Concocta purgare & movere *oportet*, [2] non cruda, [3] neque in principiis, [4] nisi turgeant. Plurima verò non turgent.

23. [1] Quæ prodeunt non copiâ sunt æstimanda, sed si prodeant, qualia oportet, & facilè ferat. [2 a] Et ubi ad animi deliquium ducere oportet, [3] hoc etiam faciendum, si æger sufficiat.

24. [1] In acutis affectionibus rarò, [2] & in principiis, purgante utendum, [3] atque hoc diligenti priùs adhibitâ cautione faciendum.

25. Si, qualia purgari oportet, purgentur, confert & facilè ferunt: si verò contraria, difficulter.

NOTÆ IN APHORISMOS HIPPOCRATIS,

Qui difficiliores nec adeo obvii ſenſûs ſunt.

SECTIO PRIMA.

APHORISMUS PRIMUS.

1. Loc. in Hom. L. I.
2. Loc. in Hom. L. IV. 1.
   I. Verat. 9.
   II. Præd. XXIX. 8.
   I. Morb. IV. 1. 2.
3. Humor. I. 6. 7.
   Artic. IX. 7.
4. I. Epidem. II. 93. 94.
   VI. Epid. II. 78. ad 82.

a. Celſ. III. 6. p. 127. l. 20. & L. VI. 6. §. 14. pag. 358. l. 8.

APHORISMUS II.

1. I. Prædict. XX. 8.
2. I. Epid. II. 47.
3. Aphor. VI. 15.
   Aphor. I. 25.
4. Humid. uſ. V. 11. Vict. Acut. V. 24. XXI. 5.
5. Aphor. I. 17. Humor. I. 14. ad 19.
   II. Morb. Mul. IV. 1. 11.
   Epiſt. Democ. ad Hipp. 30. ad 34.

a. Orat. Theſſ. filii I. 30. I. Diæt. II. 12. 13. & ſequ.
Celſ. præf. I. pag. 18. l. 33. III. 4. pag. 119. l. 31. V. 26. §. 6. pag. 284. l. 31.
Vide van-Swieten, Tom. II. pag. 346. 434. 472. Edit. Pariſ.

APHORISMUS III.

1. Epiſtol. Hipp. ad Damag. II. 209.
2. IV. Morb. XI. 15. 16.
3. Aph. II. 51.
4. Aphor. II. 22. 51. Vet. Medic. XVIII. 1.
   Vict. Acut. XVII. 10.

a Celſ. II. 2. pag. 48. l. 5.

Non omnino optimam ſanitatem ſub εὐεξίας nomine intelligit Hippocrates, ſed nimiam bonorum ſuccorum abundantiam, quæ ad Plethoram vergens, proportionem vaſa inter & humores neceſſariam evertit. *Vide* van-Swieten, Tom. I. pag. 137. Tom. II. pag. 385.

APHORISMUS IV.

1. Aph. I. 5. Præcept. XI. 4.
2. Vict. Acut. XX. 6. 7.
3. Aph. I. 3. II. 51.
4. Aph. VI. 39. Æginet. Lib. I. c. 32.
a. Celſ. III. 2. pag. 114. l. 3. III. 15. pag. 145. l. 21.

Tenue, exquiſitè tenue, ſummè tenue, tria ſunt victûs genera quæ diſtinxit Hippocrates, pro vehementiâ morbi, ad vires dimicantis Naturæ comparatâ, in libro de Victûs ratione in Morbis acutis. *Vide* van-Swieten, Tom. II. pag. 98.

APHORISMUS V.

1. Aph. I. 4.
2. Vet. Medic. XV. 9. ad 14.
   Vict. Acut. XX. 6. 7. 11.

Virium proſtratio, acrium accumulatio, humorum putredo, tria ſunt ſeveræ nimis diætæ incommoda, quibus graviora nulla vel ab ipsâ ingurgitatione pertimeſcenda ſunt. *Vide* Boerhaave, Inſt. Med. §. 756. 757.

APHORISMUS VI.

a. Celſ. II. 10. pag. 84. l. 8. IV. 9. pag. 232. l. 15.
Loc. in Hom. XXXVI. 14. LV. 7. ad. 11.
Articul. l. 9.
Vide van-Swieten, Tom. I. pag. 420. Tom. II. pag. 613. Tom. III. pag. 67.

APHORISMUS VII.

1. Aph. IV. 10.
2. I. Epid. III. 29. 33.

II. Epid. I. 24.
a. Celſ. III. 6. pag. 131. l. 28.
Vide van-Swieten, Tom. II. pag. 100.

APHORISMUS VIII.

Vict. Acut. XVII. 11. XX. 1. ad 6.
1. Aph. II. 29.
Gal. de Opt. Sect. ad Thraſy. cap. 39.

APHORISMUS IX.

Vict. Acut. XIX. 5. ad 10.
1. Aph. I. 23. Humor. III. 87.
a. Celſ. III. 4. pag. 120. l. 7. II. 10. pag. 78. l. 13. III. 6. pag. 131. l. 21. V. 26. pag. 295. l. 21.
b. Celſ. III. 4. pag. 119. l. 34.
Van-Swieten, Tom. II. pag. 98.

APHORISMUS X.

1. Vict. Acut. XIX. 8. 9.
2. Affect. XLII. 3.
a. Celſ. III. 2. pag. 114. l. 1.

APHORISMUS XI.

1. Aph. I. 19. Natur. Hum. XVIII. 31.
Humor. III. 82. Loc. in Hom. XXXIX. 30. 1.
Affect. XLII. 3. LII. 14.
Vict. Acut. X. 2.
a. Celſ. III. 4. pag. 122. l. 21. III. 6. pag. 116. l. 19.
Cœlius Aurelianus de Morb. Acut. L. II. pag. 30.
Vide van-Swieten, Tom. II. pag. 94.

Vide in omnes hoſce Aphoriſmos de victu in acutis, luculentiſſima Th. Glaſſ, Medici Angli Commentaria, Comm. V. in quo optimè & ad exquiſitam tùm Hippocratis doctrinam, tùm Recentiorum theoriam rem omnem Vir ſagaciſſimus expoſuit.

APHORISMUS XII.

1. II. Epid. I. 26, ad 30.
2. Aph. V. 8. 15.

Prænot. XIII. 1. 12. XIV. 11.
Coac. Pr. III. 132. 143. III.
Morb. XXI. 33. 34.
Affect. VIII. 19. Vict. Acut.
VII. 1.
3. Aph. IV. 71. Coac. Pr. V. 82.
I. Epid. III. 10.
4. Vict. Acut. VI. 6. 7.
a. Celſ. III. 4. pag. 122. l. 17.

Singula & univerſa hæc ſigna, præcipuum conſtituunt Prognoſeôn Hippocraticarum argumentum, quæ in Capita diſtribuêre Duretus, & vel eò fortè major, ut Boerhaavii verbis utar, Proſper Alpinus, Lib. de præſagiendâ vitâ & morte ægrotantium.

APHORISMUS XIII.

a. Celſ. præf. I. pag. 19. l. 12. 13.
pag. 32. l. 24.
b. Celſ. præf. L. I. pag. 19. l. 21.

Senes ad eſſentiam ſolam aluntur, ætate conſiſtentes, etiam ad robur. Pueri verò ad eſſentiam, robur & incrementum. In rigido ſene languens

vitalis

vitalis circuitus pauciſſima abſumit. Van-Swieten, Tom. II. pag. 99.

APHORISMUS XIV.

1. Arte. XXII. 2. Diæt. XXVIII. 5. 6. 7. Natur. Hum. XXIV. 7. 8.
2. Aph. III. 7. I. Morb. XX. 15. 16. XXI. 16.
3. I. Diæt. XXVIII. 20. XVIII. 9. 10. 11. I. Morb. XX. 14. 24. Morb. Sac. X. 10.

a. Celſ. I. 3. pag. 32. l. 28.
b. Æginet. I. 23.

APHORISMUS XV.

1. Humor. V. 4. Aer. Aq. Loc. II. 2.
2. Aph. I. 18. Salub. Diæt. I 2. 26. IV. Morb. XVII. 9.

a. Celſ. I. præf. pag. 19. l. 23. Celſ. I. 3. pag. 33. l. 7.
b. Celſ. I. præf. pag. 19. l. 21. Ægin. I. 53. Plin. XI. 53.
c. Celſ. I. præf. pag. 19. l. 25.

Ventres ad Thermometrum hyeme calidiores non ſunt, ſed com-

paratione cum cute & partibus exterioribus inſtitutâ. Somnus non ad celeritatem coctionis confert, cùm eam contrà videatur tardare; ſed æqualiorem præſtat ſuccorum diſtributionem. Plus viget vere & hyeme appetitus, leviores ſentimur ad ſenſum; licèt reverâ ad ſtateram gravitas aucta ſit. Plus ventriculus concoquit; delicta minus ſentiuntur. Sed hyeme ſi minùs abſumitur, minùs reparandum. In hyeme verò minus abſumi docet Sanctoriana ſtatera. Intelligenda eſt Hippocratis ſententia, quaſi ſolidiores & firmiores cibos hiſce temporibus permittat, non nutritionem majorem. Athletæ contrà & pueri, hi ætatis, illi exercitii privilegiis plus abſumunt, magis ergo cibandi. *Vide* van-Swieten, Tom. II. pag. 101.

APHORISMUS XVI.

1. Inſomn. XV. 13. 15. 16. 17. III. Morb. XXXI. 11. Loc. in Hom. XXXIX. 1.
2. Salub. Diæt. II. 5. 11.
4. Celſ. III. 6. pag. 130. l. 32.

In febre solidorum tensio, celerior humorum agitatio, hinc liquidissimi expressio, reliqui incrassatio, sitis, caloris productio, victum humidum postulant. *Vide* Boerhaav. Aphor. practici, 587. Van-Swieten, Tom. II. pag. 92.

APHORISMUS XVII.

1. Vet. Medic. XVIII. 4. 5. &c.
   Vict. Acut. V. 19. 20. XIX. 6.
2. Aph. II. 49, 50. I. Diæt. II. 10. ad 21.
   III. Diæt. I. 13. ad 15. Natur. hum. XVIII. 30. ad 34.
   Humor. I. 14. VIII. 23.
a. Celf. I. 3. pag. 24. l. 25.
   III. de Diæta, I. 10.
   I. 3. pag. 119. l. 30. & III. 5. pag. 126. l. 24. 29.
   Sal. Diæt. II. 10. I. Diæt. II. 11.
   Vide van-Swieten, Tom. II. pag. 101.

APHORISMUS XVIII.

1. Aph. I. 15. Humor. VIII. 24.
a. Celf. I. 3. pag. 33. l. 23. & 29.

APHORISMUS XIX.

Aph. I. 11. Hum. III. 82.

a. Cels. III. 4. pag. 122. l. 31. III. 5. pag. 127. l. 5. 10. III. 6. pag. 133. l. 17.

APHORISMUS XX.

Humor. III. 83.

1. Natur. Hum. XIX. 8. II. Epid. I. 17.
2. Aph. II. 29.

Vide Authores de Crisibus passim. Van-Swieten, Tom. II. pag. 53. 81. & 369.

APHORISMUS XXI.

Humor. I. 2. 24. III. 85.

1. VII. Epid. XXXII. 4.
2. Aphor. VII. 61. Loc. in Hom. XXXIII. LV. 11. 12. 13.

Vide van-Swieten, Tom. II. pag. 131. 369. 711.

APHORISMUS XXII.

Aph. IV. 13, Humor. III. 84.

1. Humor. I. 3. V. Epid. XXV. 12.
VII. Epid. XXXII. 1.
2. Aph. VII. 68.
3. Aph. I. 24. II. 29.
Loc. in Hom. XXXVIII. 9. 10.
VII. Epid. XXXII. 5.
4. Aph. IV. 1. 10. V. 29.
I. Morbor. Mulier. XXVI. 31.
LXIII. 11.

Conſtituto ſemel erethiſmo, natura ſemper ad concoctionem hoſtilis materiæ vergit, in illud intenditur tota. Concoctio peracta dicitur, ubi organis continentibus laxatis, irritante fluidorum indole mitificatâ, omnia ad excretionem, ſecundùm naturæ leges delabuntur, & proprio quaſi motu feruntur. Tunc tantummodo purgandum, alioquin Naturæ detrahes, non morbo; ut Lib. de Humoribus expoſuit Hippocrates. Exceptio tamen huic regulæ datur, ſi materia undequaque turgens, ſuî non indubitata prodat indicia. Rarò id evenire pronuntiat Hippocrates, quòd forſan in primævis hominibus magis ſobriis verum fuit, nunc ſæpiùs id accidere aiunt ferè omnes,

Vide Sydenham, Sect. I. Cap. IV. Van-Swieten, Tom. II. pag. 131. Hollerium in hunc Aphorismum. Ballonium Lib. II. Epidem. Baglivium passim, & præcipuè Th. Glass. Comment. 7°. de alvi dejectione & vomitu.

APHORISMUS XXIII.

Humor. III. 86. 87.
1. Vid. Aph. I. 25.
2. Loc in Hom. XXXIX. 9.
Vict. Acut. LII. 8. 9.
II. Morb. Mul. XXIX. 9.

Ingens sæpe, sub minimâ mole, latet malignitas. Sæpè Atomus pestifera totam humorum molem contaminat. Pauca quidem per vomitorium sub febrium initio tollebat Sydenhamus, sed fructu tanto ut, si defuisset medicamenti efficacia, ingens sub finem morbi, vires labefactaret diarrhœa. *Vide* Sydenham, Sect. I. Cap. IV.

APHORISMUS XXIV.

Humor. III. 97.
Purgant. IV. 1. V. 4.

1. Aph. IV. 10.
2. Vid. Aph. I. 22.
Vict. Acut. XLII. 1. XXXVI. 3. & seq.
3. I. Morb. Mul. XXIII. 9.

In acutis affectibus, vel incipiente morbo, vel absolutâ naturæ dimicatione, tantummodo locum obtinere possunt purgantia. Incipiens morbus solida nondum constrixit erethismo febrili; turget imò sæpe materies, ruens ad effluxum. Recedente erethismo supererant hostiles relliquiæ quibus liberandum fuit corpus. Per purgantia hîc non intelligenda sunt quæ, alvum sine irritatione subluunt, ut cassia, tamarindi, nec ipsam, Sanctorio teste, perspirationem conturbant. Horum pleraque Veteribus erant, aut incognita, aut usitata parùm, forsan ideo quòd fortiora primævorum hominum corpora iis non commoverentur.

APHORISMUS XXV.

Aph. I. 2. 23. IV. 3.
Humor. II. 49.
VI. Epid. IV. 30.

Τμῆμα δεύτερον.

Α'.

Ἐν [1] ᾧ νουσήματι [a] ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

β'. Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος [a] παύῃ, ἀγαθόν.

γ'. [1] Ὕπνος, [a] ἀγρυπνίη, ἀμφότερα, τοῦ μετρίου μᾶλλον γενόμενα, κακόν.

δ'. [1 a] Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, [2] ὅ, τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

ε'. Κόποι [a] αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

ϛ'. Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, [a] τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

SECTIO SECUNDA.

I.

QUO [1] in morbo [a] somnus laborem facit, lethale: si verò somnus juvet, non est lethale.

2. Ubi somnus delirium [a] sedat, bonum.

3. [1] Somnus, [a] vigilia, utraque modum excedentia, malum.

4. [1 a] Non satietas, non fames, neque aliud quicquam bonum est, [1] quod naturæ modum excedat.

5. Spontaneæ [a] lassitudines morbos denuntiant.

6. Quicunque aliquâ corporis parte dolentes, dolorem ferè non sentiunt, [a] his mens ægrotat.

ζ'. Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ· [1] τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

η'. Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, [1] σημαίνει, ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται· ἢν δὲ, τροφὴν μὴ λαμβάνοντος, τοῦτο γίγνηται, [2] χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δεῖται.

θ'. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, [a] εὔροα ποιέειν.

ι'. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

ια'. Ῥᾷον πληροῦσθαι [a] ποτοῦ, ἢ σιτίου.

ιβ'. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, [1 a] ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

ιγ'. [1] Ὁκόσοισιν ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος, ἡ πρὸ τοῦ

7. Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet: [1] quæ verò brevi, celeriter.

8. Si à morbo cibum quis capiens non roboretur, indicat corpus uberiori alimento uti. Si verò cibum non capienti hoc eveniat, [2] evacuatione opus habere noſſe oportet.

9. Corpora ubi quis purgare voluerit, facilè fluentia reddere oportet.

10. Impura corpora, quò magis nutriveris, eò magis lædes.

11. Facilius eſt repleri potu, [a] quàm cibo.

12. Quæ in morbis poſt criſim relinquuntur, [1 a] recidivas facere ſolent.

13. Quibus criſis fit, his nox ante exacerbationem gravis eſt:

παροξυσμοῦ· [a] ἢ ἢν ἐπιοῦσα διάφορωτέρη ὡς ἐπιπολύ.

ιδ'. [1] Ἐν τῇσι τῶν παιδίων φύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, [2] ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

ιε'. [1] Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύμα ἐν τῷ σώματι ἐκφύῃ, σκέπειν χρὴ τὰς ἐκκρίσιας· ἢν μὲν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξηραίνουσι· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

ις'. [a] Οὗ λιμὸς, ἢ δεῖ πονέειν.

ιζ'. [a] Οὗ ἂν ἰητρὴ παρὰ φύσιν πλείων ἐσέλθῃ, ἔστι νοῦσον ποιέειν· δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἴησις.

ιη'. Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίγνονται.

ιθ'. Τῶν ὀξέων νοσημάτων ἢ πύμ-

[a] Subse-

[a] Subsequens verò levior plerumque.

14. [1] In alvi profluviis mutationes excrementorum juvant, [2] nisi in prava mutentur.

15. [1] Ubi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones inspicere oportet: si enim biliosæ fuerint, corpus unà ægrotat: si verò similes sanis fiant, tutum est corpus nutrire.

16. Ubi fames, non oportet laborare.

17. Ubi cibus præter naturam copiosior ingressus fuerit, id morbum facit. Ostendit autem sanatio.

18. Eorum quæ confertim & celeriter nutriunt, celeres etiam fiunt egestiones.

19. Acutorum morborum non

παν [a] ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγείης.

κ'. Ὁκόσοισι [a] νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπιγηράσκουσι ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισιν ὑγραίνονται.

κά. [a] Λιμὸν θώρηξις λύει.

κβ'. [1] [a] Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νουσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή. [2] καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

κγ'. Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

κδ'. Τῶν ἑπτὰ ἡ [a] τετάρτη ἐπίδηλος. ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη· αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη. αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν

omninò [a] tutæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſanitatis.

20. Quibus, dum ſunt juvenes, alvi ſunt humidæ, iis ſeneſcentibus ſiccantur. Quibus verò, dum ſunt juvenes, alvi ſunt ſiccæ, his ſeneſcentibus humectantur.

21. [a] Famem vini potio ſolvit.

22. [1 a] A repletione quicunque fiunt morbi, evacuatio ſanat; & quicunque ab evacuatione, repletio: [2] & aliorum contrarietas *ſanat*.

23. Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur.

24. Septimorum quartus eſt index. [a] Alterius ſeptimanæ octavus eſt initium. Notandus verò undecimus: is enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Notandus rurſum decimus ſeptimus: hic enim eſt quartus quidem à deci-

ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης· ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

κέ. Οἱ θερινοὶ [a] τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες· οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ, καὶ [1] μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

κϛ'. [1] Πυρετὸν [a] ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, [2] ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

κζ'. [1] Τοῖσι [a] μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τοι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

κή. Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, [1] τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, [2] ἢ καὶ συντήκεσθαι [a] μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ, μῆκος [b] νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

mo-quarto, ſeptimus verò ab undecimo.

25. Quartanæ æſtivæ [a] plerumque fiunt breves: autumnales verò longæ, [1] & maximè quæ prope hyemem incidunt.

26. [1] Febrem convulſioni ſupervenire melius eſt, [2] quàm convulſionem febri.

27. [1] His, [a] quæ non ſecundùm rationem levant, credere non oportet, neque timere valdè quæ præter rationem fiunt prava. Multa enim horum ſunt inconſtantia, nec admodùm permanere, neque durare ſolent.

28. Febricitantium non omninò leviter, [1] permanere, & nihil remittere corpus, [2] aut etiam magis quàm pro ratione colliquefieri [a] malum eſt. Illud enim morbi longitudinem indicat, [b] hoc verò infirmitatem.

κθ'. [1] Ἀρχομένων τῶν νούσων, [2] ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει· [3] ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστι.

λ'. Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

λα'. Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτέοντι, μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

λβ'. Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν· [1] οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

λγ. Ἐν πάσῃ νούσῳ, [a] τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

λδ'. Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος,

29. [1] Incipientibus morbis, [2] si quid movendum videatur; move: [3] vigentibus verò, quiescere melius est.

30. Circa principia & fines omnia sunt debiliora: circa vigores verò vehementiora.

31. A morbo bellè comedenti, nihil proficere corpus, malum est.

32. Ut plurimum omnes qui malè habent, circa principia quidem benè comedentes, & nihil proficientes, ad finem rursus cibum non appetunt: [1] qui verò circa initia quidem cibum omninò non appetunt, postea autem benè appetunt, meliùs liberantur.

33. In omni morbo mente valere, [a] & benè se habere ad ea quæ offeruntur, bonum est: contrarium verò, malum.

34. In morbis minùs periclitantur, quorum naturæ, & ætati,

καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

λέ. Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι, [1] τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν [a] καὶ τὸ ἦτρον, πάχος ἔχειν, βέλτιόν ἐστι· τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν [b] καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον, καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

λϛ΄. Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, [a] ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεώμενοι.

λζ΄. Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, [1] φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

λή. Τὸ σμικρῷ χεῖρον, καὶ πόμα, καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

λθ΄. [1] Οἱ πρεσβύται [a] τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον· [2] ὅσα δ' ἂν

& habitui, & tempori magis similis fuerit morbus, quàm *in* quibus horum nulli *fuerit* similis.

35. In omnibus morbis, [1] quæ *partes* ad [a] umbilicum & imum ventrem *sunt*, crassitudinem habere, melius est: valdè autem tenues & [b] eliquatas *ipsas habere*, malum. Periculosum verò illud est, etiam ad infernas purgationes.

36. Qui sana habent corpora, [a] pharmacis purgati citò exsolvuntur, *ut* & qui pravo utuntur cibo.

37. Qui benè valent corpore, [1] purgatu sunt difficiles.

38. Paulò deterior, & potus, & cibus, jucundior autem, eligendus potiùs, quàm meliores quidem, sed ingratiores.

39. [1]. Senes ut plurimùm [a] quidem juvenibus minùs ægrotant: [2] quicunque verò ipsis [b] morbi

αὐτέοισι χρόνια [b] νουσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

μ'. Βράγχοι καὶ κόρυζαι, τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

μα'. Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς, ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

μβ'. Λύειν [a] ἀποπληξίην, ἰσχυρὴν μὲν, ἀδύνατον· ἀσθενέα δὲ, οὐ ῥηΐδιον.

μγ'. Τῶν ἀπαγχομένων [a], καὶ καταλυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσιν, [1] οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

μδ'. Οἱ παχέες [a] σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

με'. Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ, [1] μάλιστα τῆς ἡλικίης, [2] καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν βίων, ποιέουσι.

fiunt diuturni, plerumque commoriuntur.

40. Raucedines, & gravedines, *in* valdè ſenibus non coquuntur.

41. Qui ſæpè & vehementer, abſque manifeſtâ causâ, animo linquuntur, ex improviſo moriuntur.

42. Solvere [a] apoplexiam, vehementem quidem, impoſſibile: debilem verò, non facile.

43. Ex [a] iis, qui ſtrangulantur, & reſolvuntur, nondum autem ſunt mortui, non ſe recolligunt, [1] quibus ſpuma circa os fuerit.

44. Qui naturâ [a] ſunt valdè craſſi, magis ſubitò moriuntur, quàm graciles.

45. Epilepticis pueris, mutationes, [1] maximè ætatis, [2] & regionum, & vitæ, liberationem faciunt.

μϛ'. Δύο πόνων ἅμα γινομένων, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος [1] ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

μζ'. Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι, καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου.

μη'. Ἐν πάσῃ [a] κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν, εὐθὺς ἄκοπον.

μθ'. Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες, [a] ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων, ἰσχυρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσι.

ν'. Τὰ ἐκ πολλοῦ [a] χρόνου συνήθεα, κἂν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνήθων [b] ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε· [1] δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ [c] ἀσυνήθεα μεταβάλλειν.

νά. Τὸ κατὰ πολὺ, καὶ ἐξαπίνης, [1] κενοῦν, [2] [a] ἢ πληροῦν, [3] ἢ [b] θερμαίνειν, [4] ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν [5] τὸ σῶμα [c] κινέειν, σφαλερόν. [6] καὶ γὰρ

46. Duobus doloribus ſimul obortis, non in eodem loco, vehementior [1] obſcurat alterum.

47. Circa puris generationes, dolores, & febres magis accidunt, quàm *ipſo* facto.

48. In omni [a] corporis motu, quando dolere cœperit; interquieſcere, ſtatim laſſitudinem curat.

49. Conſueti ſolitos labores ferre, etiamſi fuerint debiles [a] aut ſenes, inſuetis, robuſtis *licèt* & juvenibus, faciliùs ferunt.

50. A multo tempore [a] conſueta, etiamſi fuerint deteriora, [b] inſuetis minùs turbare ſolent: [1] oportet igitur etiam ad inſolita mutare.

51. Multùm, & derepentè [1], evacuare, [2] [a] aut replere, aut [3] calefacere, [b] aut [4] frigefacere; aut aliter quocunque modo corpus [5] movere, [c] periculoſum eſt. [6] Enim

πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ [7] δὲ κατ' ὀλίγον [d], ἀσφαλές· καὶ ἄλλως, ἢν καί τις [8] ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

νβ'. Πάντα κατὰ λόγον [a] ποιέοντι, καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, [b] μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

νγ'. Ὁκόσοι τὰς κοιλίας [a] ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ὄντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων. ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι· ξηραίνονται γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

νδ'. Μεγέθει δὲ [a] σώματος ἐννεάσαι μὲν, ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀειδές· ἐγγηράσαι δὲ, δύσχρηστον καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

verò omne multum (i.e. *nimium*) naturæ est inimicum. [7] Quod verò [d] paulatim *fit*, tutum est: tum aliàs, & si quis [8] ex altero ad alterum transeat.

52. Omnia secundùm rationem facienti, & non secundùm rationem evenientibus, non transeundum ad aliud, manente *eo*, quod visum est ab initio.

53. Quicumque alvos habent humidas, dum quidem juvenes sunt, meliùs liberantur his, qui siccas habent. Ad senectutem verò, pejùs liberantur: siccantur enim ut plurimùm senescentibus.

54. Procero corpore [a] juventutem quidem degere liberale est, nec deforme: insenescere verò, incommodum, & parvis deterius.

NOTÆ
IN APHORISMOS HIPPOCRATIS,
Qui difficiliores nec adeo obvii ſenſûs ſunt.

SECTIO SECUNDA.

APHORISMUS PRIMUS.

I. Epid. III. Æg. VII. 13.
II. Epid. III. 12.
1. Aph. IV. 67.
I. Prædict. XV. 5. 17.
VI. Epid. VIII. 5.
a. Celſ. II. 6. pag. 55. l. 32.
Vide van-Swieten, Tom. II. pag. 398.

APHORISMUS II.

I. Epid. III. Æg. VII. 13. 16.

II. Epid. III. 11. 12.
a. Celſ. III. 18. p. 132. l. 4.

APHORISMUS. III.

Aph. VII. 71. Humor. III. 78.
1. Coac. II. 35. VI. Epid. VI. 6.
a. Celſ. II. 4. pag. 51. l. 7. & l. 4.

APHORISMUS IV.

VI. Epid. VIII. 16.
II. Morb. XVI. 13.
1. Aph. II. 22.
2. Aph. II. 51.
Vet. Medic. XV. 10. 15.
a. Celſ. I. 2. pag. 23. l. 26. I. 3. pag. 24. l. 32.

APHORISMUS V.

Aph. IV. 31.
Gal. de Opt. Sect. ad Thraſy. cap. 31.

Quotieſcumque ſtant integræ functiones, nec vis ſolidorum labefactatur, nec pondus humorum augeſcit; alacres ſumus & leves. Minua-

tur ſolidorum vis & tonus, augeatur humorum moles, utrimque pondus accedit: hinc verum & ad ſtateram; illinc relativum & ad ſenſum. Jam non ſufficit novo ponderi corpus; fatiſcunt crura, brachia, cervix; ſanitas labaſcit. *Vide* aureum Sanctorii Opus, præcipuè Sect. I^am. & V^am. Van-Swieten, Tom. I. pag. 695. & 710.

APHORISMUS VI.

a. Celſ. II. 7. pag. 62. l. 27.
Celſ. II. pag. 48. l. 13. & 31.

Oppreſſo ſenſorio communi.

APHORISMUS VII.

Aliment. XI. 6. 7.
1. Aph. II. 11. 18.

Diuturniores morbi naturæ robur extinguunt, breves proſternunt tantùm. *Vide* Van-Swieten, Tom. III. pag. 655.

APHORISMUS VIII.

Aph. II. 31. Coac. I. 179.
1. Aph. IV. 41. 45. VII. 64.
2. Aph. II. 22.

Non refert quid assumas, sed quid concoquas. Copiosior cibus vires opprimit, non reficit. Hinc tot Hippocratica præcepta de comparatione inter vires & cibos instituendâ. Si rectâ mensurâ adhibitâ cibus non reficit, signum est, quòd quâ semel imbutum est corpus, labes morbosa, alimenti corrumpit materiem; vacuetur ergo.

APHORISMUS IX.

Aph. IV. 13. VII. 70.
IV. Morb. IX. 1.
a. Cels. III. 18. pag. 155. l. 1.

Totius methodi medendi in acutis fundamentum est sententia illa, cùm in illo consistat purgationis rectè institutæ mysterium, ut mobilissima vacuentur. Mobiliora autem

ſunt, quæ fluidiora. *Vide* inter alios Van-Swieten, Tom. II. pag. 131.

APHORISMUS X.

Aph. VII. 65. 67.
Vet. Med. XII. 11. 12. XIX. 10. ad 14.
Præcept. XI. 4.
II. Morb. XVI. 13. XXI. 20.

Falſa foret concluſio quæ inde totalem in morbis abſtinentiam deduceret. Contrarium mille locis edocuit Hippocrates; præſertim cùm plus noxæ videt in nimis tenui, quàm in pleniore Diæta. Sed Aphoriſmus noſter indicat ad neceſſitatem talia corpora nutrienda eſſe, non ultrà.

APHORISMUS XI.

Vet. Medic. XII. 3. 9.
Alimen. XI. 5.
a. Celſ. I. 2. pag. 23. l. 29.
